Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



purificaret in pascha. ita et columbe posite sunt quibus
purificet homo. ingressus in hunc mundu. Sed de his
nunc dicere. et hostiarum qualitates discutere. lon
gior uidet excessus. et proposito operi minime conueni
ens. Hec autem memorasse sufficiat. pro eo quod presens ser
mo continet oculi tui columbe. quasi diceret. oculi
tui spiritales sunt. spiritaliter uidentes et intellegentes.
Potest ad huc profundiori fortasse sacramento
metipsum quod dicit. ecce speciosa proxima mea intelle
gi de presenti seculo dictum. quia speciosa quidem sit. et hec
ecclesia cum proxima est xpo. et cum imitatur xpm. quod uero
iterauit et dicit. ecce speciosa mea. potest ad futurum
seculum pertinere. ubi iam non solum imitatione. sed ex
ipsa sui perfectione formosa est et speciosa. et ibi di
cat esse oculos eius columbarum. et duorum oculorum.
Due columbe intelleguntur esse filius et spus scs. Et ne
mireris si simul columbe dicantur. cum utique similiterque
aduocatus dicatur. sicut IOHANNES euangelista de
clarat. spm quidem scm dicens paraclytum qui est
aduocatus. et de ihu xpo nihilominus in episto
la sua dicit. quia ipse sit aduocatus apud patrem
pro peccatis nris. Sed et apud Zachariam prophetam due
oliue ad extera et sinistra candelabri posite. uni
genitum nihilominus et spm scm de signare cre